PROSODIA ALVARIANA

Quibuſdam in locis

Aucta & Emendata,

ET

In uſum SCHOLARUM edita

Per J. W.

625.c.6

LONDINI,

Apud JOANNEM CLARK ad inſigne Bibliorum & Coronæ in vico *Poultry*, & AARONEM WARD ad Anatem in *Little-Britain*. MDCCXIX.

(Pret. 4d.)

☞ *N. B. Ob defectum communis quantitatis notæ, ejus perindé ac ſuâ Diæreſis vice fungitur.*

---

1. Mĕus, pŭer, fŭit, mĭhi.
2. Fīebam, fiam. fīes. 3. Fĭerem, fĭeri.
4. Meridiēi, ſpeciēi.

5. Unĭus, illĭus, &c. *Producuntur autem in Proſâ.*
6. *Similes vocandi caſus*; *ut*, Caï, Vultēi.

7. Thrēicius, Orphĕa, āer, thĕatrum, Idomenēa.

8. Æneas, Melibœus, laūs, aūt. 9. Prīmus *ex* pridimus, manūs *ex* manuis, bōbus *ex* bovibus.
10. Prăire, præuſtus.

11. *Si utraque vel altera conſonans in eâdem voce fuerit*; *ut*, Sit mihi mēns: *alioqui rariſſimè.*
12. Axis, gāza. 13. Ajax, mājor, pējor, Trōja.
14. Bĭjugis, quadrĭjugus.

15. Volūcris, Cÿclops, pätris.

16. Tenëbræ, latëbræ: *nam* partis, partus *&c. non liqueſcunt.*
17. Rëflecto, cerëbrum: *nam* obruo *&c. ſemper producuntur.*
18. Salūbre, mātris ātrum *&c. nunquam corripiuntur.*
19. Cÿcnus, ¨chneumon.

Proſodia Alvariana, &c.

Caput Primum

De VOCALI ante VOCALEM,

[1]Vocalem breviant alia ſubeunte Latini:
[2]*Fĭo* ni capit [3]*er* produc; & nomina quintæ
Quæ geminos caſus *e* longo, aſſumit in [4]*ēi*;
Verum *e* corripiunt *fidĕiq; ſpĕiq; rĕique:*
[5]*Iŭs* commune eſt Vati; producito *alīus*,
Alterĭus brevia; *Pompēĭ* & [6]cætera produc.
Protrahiturq; *ēheu*; ſed *ĭo* variatur & *ŏhe.*
[7]Nomina Græcorum certa ſine lege vagantur:
Quædam etenim longis; ceu, *dīa, chorēa, platēa*;
Quædam etiam brevibus; veluti, *ſymphonĭa* gaudent;
Et quædam variant: *Orĭon* quandoq; & *Orīon.*

DIPHTHONGO,

[8]Sunto Diphthongi, & [9]contracta vocabula longa;
[10]*Præ* brevia ſi compoſitum vocalibus anteit.

POSITIONE.

[11]Vocalis longa eſt ſi conſona bina ſequatur,
Aut [12]duplex, aut [13]*i* vocalibus interjectum:
Sed compoſita [14]*jugum* ſemper tibi corripiantur.

Si mutam liquidamq; ſimul [15]brevis una præivit,
Contrahit Orator; variant in carmine Vates
Præcedant liquidis [16]mutæ ſi vis variare,
Atq; [17]ambas ſemper vocali adnecte ſequenti:
[18]Sed ſi longa præit ſemper tibi longa manebit.
Sunt *l r* liquidæ, [19]Græcis quoque jungimus *m n.*

1. Vĕni, vīdi, vīci.

2. Cĕcĭni, tĕtĭgi.
3. Cŭcūrri, tĕtēndi.

4. Vīsum, mĭtum, crētum.
5. Rătum, cĭtum 2da, sĭtum, ĭtum, sĭtum, lĭtum, dătum, quĭtum, dirŭtum *ab antiquo* rutum.

6. Solūtum, volūtum, indūtum.
7. Cupīvi cupītum, audivi audītum, petivi petītum.
8. Bibĭtum, credĭtum, monĭtum, tacĭtum.

9. Lĕgo, lĕgebam, lĕgam ; redĭtus *à ſupino* redĭtum.
10. *à* mŏveo, fŏveo, lăteo, rĕgo, ſĕdeo.

11. *Ab* āreo, vādo, sōpio, lūceo.
12. Lex lēgis *à* lĕgo, vox vōcis *à* vŏco, ſtătus (*àt* ſtāturus) *à* ſtatum, *quod ideò variari putat Alvar.*

13. Perlĕgo, relĕgo *à* lĕgo.
14. Incĭdo *à* cădo, illīdo *à* lædo, incido *à* cædo.
15. *à* jūro. 16. *à* nūbo.

17. *à* dīco. 18. maledĭcus, cauſidĭcus *&c.* 19. *à* ſōpio.
20. *Ex* ne *&* hīlum. 21. *à* nōtum.
22. *à* băculum. 23. *à ſupino* ambĭtum *ut quibuſdam placet, &* comĭtium *ex* con *&* ĭtum.

CAPUT SECUNDUM
DE PRÆTERITIS,

PRÆTERITA aſſumunt primam [1]diſſyllaba longam:
Sto, do, ſcindo, fero rapiunt, *bibo, findo* priores.

Præteritum [2]geminans primam breviabit utramque;
Ut, *pario pĕpĕri*, [3] vetet id niſi conſona bina:
Cædo cĕcĭdit habet, longa, ceu *pedo*, ſecundâ.

SUPINIS,

Cuncta [4]Supina volunt primam diſſyllaba longam:
At [5]*reor* & *cieo*, *ſero* & *ire* *ſino*q; *lino*que,
Do, queo, & orta *ruo* breviabunt ritè priores.

[6]*Utum* producunt polyſyllaba cuncta ſupina.
[7]*Ivi* præterito ſemper producitur *ītum*.
[8]Cætera corripies in *ĭtum* quæcunque ſupina.

DERIVATIS,

[9]Derivata patris naturam verba ſequuntur:
[10]*Mōbilis*, & *fōmes*, *lāterna* ac *rēgula*, *sēdes*,
Quanquam orta è brevibus gaudent producere primam;
Corripiuntur [11] *ărĭſta*, *vădum*, *sŏpor* atque *lŭcerna*,
Nata licet longis. [12] Uſus te plura docebit.

COMPOSITIS.

[13]Legem ſimplicium retinent Compoſta ſuorum,
[14]Vocalem licet, aut diphthongum ſyllaba mutet.
[15]*Dejĕro* corripies cum *pejĕro*; & [16]*innŭba* necnon
Pronŭba, *connŭbium* nunc protrahe nunc breviato;
Corripe [17] *fatidĭcum* & [18] ſocios; cum [19] *ſemisŏpitus*,
Queis etiam [20] *nihĭlum*, cum [21] *cognĭtus*, *agnĭtus* hærent.
[22] *Imbēcillus* & [23] *ambītus*, *comītia* produc.

CAPUT

1. Ămitto, dēduco, ērumpo, dīripio, sēparo.
2. *Aliis compositis ex* trans, ve *&* con.
3. Rĕmitto, rĕfero ; *at* rēfert *cum significat* interest *producitur.*
4. Prŏpontis. 5. Prōveho, prōduco.
6. Prŏfundus, prŏfugio, prŏnepos, prŏfiteor *&c.*

7. Ăbeo, ădoro, sŭbeo, circŭmago. 8. Addo, pērdo, sūbdo.

9. Quāre, quātenus, Neāpolis.
10. Pentămeter, diădema, parălysis, ătomus.

11. Calĕfacio, nĕfas, trĕcenti ; omnĭpotens, causĭdicus, bĭceps.

12. Trīgæ, quadrīgæ. 13. *Et* ubīvis, ubīlibet, *sed* ubĭcunque *sæpiùs corripitur.* 14. Trīmus, quadrīmus.
15. Merīdies, bīduum, trīduum. 16. Quatrĭduus *interdum producitur*, quotĭdiè —anus *sæpiùs*.

17. Aliōquin, intrōduco, sacrōsanctus. 18. Bardŏcucullus, hŏdiè, quandŏquidem. 19. Carpŏphorus. 20. Minŏtaurus, λαγώπους.

21. Quadrŭpes. polŷdorus.

CAPUT TERTIUM
DE PREPOSITIONIBUS IN COMPOSITIONE.

LONGA [1] *à, de, è, ſe, di* (præter *dĭrimo* atque *dĭſertus*)
Addas [2] cum ſociis *trādo, vēſania, cōgo.*
Sit [3] *re* breve; at *rēfert* à *res* producito ſemper.
Corripe [4] *pro* Græcum, ſed produc ritè [5] Latinum:
Contrahe quæ [6] *fundus, fugio, neptis*q; *neposque*
Et *feſtus, fari, fateor, fanum*q; crearunt.
Hiſce *prŏfecto* addes, pariterq; *prŏcella, prŏtervus.*
Atq; *prŏpago* GENUS, *prōpago* protrahe VITIS.
Prŏpino varia, verbum *prŏpago, prŏfundo,*
Prŏpello, prŏpulſo, prŏcuro, Prŏſerpina junge.
Corripe [7] *ab* & reliquas, obſtet niſi conſona bina [8].

VOCALIBUS IN COMPOSITIONE.

A. Produc [9] *a* ſemper compoſti parte priore:
Excipias *eădem* (ni ſexti) & plurima [10] Græca.

E. I. At ſimul [11] *e*, ſimul *i* fermè breviare memento;
Nēquicquam, nēquam, -mo, -quando, venēfica produc
*Nēquaquam, nēquis, crēdo*q; *vidēlicet*, addes
Sēdecim; & *idem* mas, *tantidem, siquis, ibidem,*
Scilicet & *bigæ* [12], *quidam, tibicen,* [13] *ubique*;
Viginti adjungas & *bimus* [14] & *ilicet* iſtis,
Et compoſta [15] *dies*, niſi [16] *quatriduus*q; *quotus*que.

O. [17] Sæpius *o* Latium produc; ſed [18] contrahe quædam.
Græca per [19] *ο μικρὸν* brevia, tamen [20] *ω μέγα* produc.

U. [21] *U* vel *y* ſi fuerit brevia: ſed *jūdico* tolle.

CAPUT

1. Aulāï, pictāï *pro* aulæ, pictæ.
2. Ibēri, Celtibēri. 3. Vĭri, misĕri, fatŭri.

4. Vectigālis, pietātis.
5. Hepar -ătis. 6. Hamilcăris, Hannibălis, Sălis.

7. Compăris, impăris, dispăris.
8. Poema -ătis, Pallas -ădis.
9. Trabs trăbis, Arabs arăbis.

10. Nyctĭcorăcis, Arctophylăcis.

11. Grĕgis, terĕtis.
12. Ren rēnis, Syrēnis.
13. Vervex -ēcis, myrmex -ēcis.

14. *Cum compositis* exlēgis, illēgis *&c.*
15. Michael -ēlis, Daniel -ēlis. 16. Tapes, lebes -ētis, crater -ēris.

17. Stips stĭpis, pollex, illex -ĭcis; Chlamўdis, chalўbis.
18. Delphīnis, Salamīnis, Phorcўnis.

19. *Quod & correptum invenire est* Psophĭdis.

20. Felix -īcis, bombyx -ўcis.

21. Onўchis, sardonўchis.
22. Mastix -ĭchis *Gummi corripitur : sed* mastyx -ўgis *Flagellum producitur.*
23. Ambiorĭgis, Biturĭgis *cum paucis aliis Propriis & Gentilibus.*

CAPUT QUARTUM
DE INCREMENTO NOMINUM.

CAsibus obliquis vix crescit Prima; sed [1]*āi*
Produc: præter [2]*Iber* brevietur ubique [3]Secunda.

A. Nominis [4]*a* crescens quod flectit Tertia longum est:
[5]*Ar* sed *ătis* brevies; ut & omnia mascula in [6]*ar*q; *al*
(Præter *Casnāris Nāris* quoque) *Nectăre, Bacchar,*
Par [7]cum compositis, *văde, mas* & *anas*q; *jubar*que;
A[8] quoque & *as* græcum breve postulat incrementum;
[9]*S* quoque finitum si consona ponitur ante;
Et *dropax, anthrax, atrax,* cum *smilăce, climax,*
His *atăcem, panăcem, colăcem, styrăcem*q; *făcem*que
Atque *abăcem,* [10]*corăcem phylăcem* compostaq; nectes,
Adde *harpax, Pharnax*; *Syphăcis* dic atque *Syphācis.*

E. [11]*E* crescens numero breviabit Tertia primo:
Præter *Iber* patriumq; [12]*ēnis* (sed contrahit *Hymen*)
[13]*Ex ēcis* longat (nisi *prex, resĕcis*q; *nĕcis*que)
Bizēris, Valamer, ser jungas & *Ricimēris,*
*Ver, mansues, locuples, hæres, merces*q; *quies*que,
[14]*Lēgis, præs, sēpis, fæx, plebs, rex,* insuper *halec,*
[15]*El* peregrinum; [16]*es, er* græcum, *æthĕre* & *aĕre* demptis.

I. Y. *I* [17]simul *y* crescens numero breviato priore:
Graia sed in patrio casu [18]*īnis* & *ȳnis* adoptant,
Et *lis, glis, samnis, dis, gryps, Nesis*q; *quiris*que
[19]*Psophis* cum *vibex*; plurali *vīs* quoque *vīres.*

[20]*Ix* etiam *yxve* legas producta; sed *histrĭce, varix*
Corripias & *elix, orўgem, naryx*q; *cilix, Styx,*
Coxendix, calĭcem, strix, chœnix, fornĭce, natrix,
*Phryx*q; *larix,* & [21]*onyx, pix, nix*q; *salix*q; *filix*que,
Mastĭchis[22], his & *Eryx, calўcis*q; & *Iapўgis* addes,
[23]Quæq; ultra invenies. *Bebryx* variare memento,
Sæpius *appendix* brevies, at *sandўce* rarò.

1. Sōlis, velōcis, victōris, dōtis, flōris.
2. Philemŏnis, Agamemnŏnis, Macedŏnis, Britŏnis. 3. Spadōnis, Simōnis.
4. Decus decŏris, marmŏris.

5. Majōris, fortiōris.
6. Tripus tripŏdis.
7. Scrŏbis, Æthiŏpis, Cecrŏpis.

8. Murmŭris, furfŭris, turtŭris.
9. Tellūris, palūdis, virtūtis.

10. Musārum, ambābus, rērum, quōrum, dominōrum.
11. Quĭbus, montĭbus, lacŭbus, verŭbus.

1. Stāmus, reddāmus, amābam. 2. Dămus, dătis, circumdăre.

3. Fiēbam, rēbar, docēbam, legēmus.
4. Dicĕre, legĕrem, legĕrer, legĕris *vel* legĕre.
5. Amabĕris, docebĕre. 6. Legerēris, audirēre.
7. Amavĕram, amavĕrim, amavĕro.

8. Legĭmus, amabĭmus, audiebamĭni, dixĭmus.
9. Nolite, nolītote, nolītis, velītis, faxītis.
10. Adsīmus, posīmus, prosītis *&c.*
11. Petīvi, sapīvi, audīvi. 12. Ire, ībam, ībo, īto, audīmus -ītis.
13. Amaverīmus, legerīmus *variant Poetæ: sed in Prosâ Angli præterito breviant, longantq; futuro.*
14. Amatōte, facitōte. 15. Sŭmus, posŭmus, volŭmus.
16. Amatūrus, doctūrus, lectūrum esse.

O. [2]*O* creſcens numero producimus uſque priore:
[2]*O* parvum in Græcis brevia, producito [3]magnum;
Ægæon varies ut *Oriönis* atque *Oriönis*;
Auſonius genitivus *-ŏris*, quem [4]neutra dedere,
Corripitur: Propria huic junges; ut, *Neſtor* & *Hector*,
Queis Jŏvis *invitò decreſcens* Jupiter *addit*.
Os ōris [5]medioſq; gradus extende; ſed *arbos*,
[6]Πᾶς compoſta *lepus*, *memor* & *bos*, *compos* & *impos*.
Corripe *Cappadŏcem*, *Allobrŏgem*, cum *præcŏce* & [7]*-obs -ops*;
At *ſcops* produces & *hydrops cercops*q; *cyclops*que.

U. [8]*U* brevia incrementa feret; ſed caſus in *ūris*,
[9]*Ūdis* & *ūtis* ab *us* produc, *frūgis* quoque cum *fur*,
Lux, *Pollux*; brevia *pecus*, *intercus*q; *ligus*que.

ĕ, ĭ, ŭ. [10]Pluralis caſus, ſi creſcit, protrahit *a*, *e*,
Atq; *o*; corripies [11]*i*, *u*; verum excipe *būbus*.

CAPUT QUINTUM
DE INCREMENTO VERBORUM.

A. *A*[1] Creſcens produc; [2]*do* incremento excipe primo.

E. [3]*E* quoque producunt verba increſcentia; verum
[4]Prima *e* corripiunt ante *r* duo tempora ternæ,
[5]Dic *bĕris* atque *bĕre*; at [6]*rēris* producito *rēre*.
[7]Sit brevis *e* quando *ram*, *rim*, *ro* adjuncta ſequuntur.
Corripit interdum *ſtetĕrunt dedĕrunt*q; Poeta.

I. [8]Corripis *i* creſcens; *faxīmus* deme, *velīmus*,
U. *Nolīmus*, [9]*-līte* & *-litote*, queis dabis *ītis*,
Et *sīmus*, *sītis*, [10]quæq; hinc compoſta dabuntur;
[11]*Ivi* præteritum; [12]præſens quartæ *īmus* & *ītis*;
[13]*Ri* conjunctivum poſſunt variare Poetæ.

[14]*O* incrementum produc: [15]*U* corripe ſemper;
[16]*U* ſed in extremo penultima longa futuro.

1. Amā, ergā, memorā.
2. Trigintă, quadragintă.
3. Musă, regnă. 4. Musā, Deā.
5. *ô* Æneā, *ô* Atlā.

6. Natĕ, fugĕ, nempĕ. 7. Rē, diē, *cum*
8. *Adverbiis indè exatis* quarē pridiē *&c.* 9. Lethē, Penelopē, cetē, tempē.
10. Habē, monē, delē.

11. Quĕ, nĕ, vĕ, ptĕ, cĕ, tĕ; hocnĕ, tutĕ, ſuaptĕ, hiſcĕ.
12. Mē, tē, ſē, nē. 13. Placidē, certē, minimē, doctiſſimē.

14. Claſsī, fierī, utī, magiſtrī. 15. Pallădĭ, Daphnĭ, Phyllĭ.

16. *Cum compoſitis* necubĭ, ſicubĭ, *quæ ſæpiùs corripiuntur.*

17. Amŏ, virgŏ, porrŏ. 18. Androgeō, Athō, Cliō. 19. Dō, flō, ō, *ſed* ô *ante vocalem interdum breviatur.* Deſpaut.
20. *Pro cauſâ.* 21. Magiſtrō, Dominō, regnō.
22. Meritō, multō, certō.
23. Quomodŏ, dummodŏ, poſtmodŏ.
24. *Quia ſequuntur formam caſuum obliquorum.*

25. Manū, cornū, dŭm. 26. Molў, Æpў. 27. Ăb, ăd, căpŭt.
28. Petīt *pro* petivit. *Virg. ni Cæſuræ malis hoc tribui.*

29. Sīc, hīc *adverbium.*

30. Aſdrubăl, vigĭl, conſŭl. 31. Danĭēl, Saūl, Nabāl.

32. Inſignita ferè tum millia militŭm octo. *Enn.*

CAPUT SEXTUM
DE ULTIMIS SYLLABIS.

A. [1] *A* Finita dato longis: *ità, poſteà* deme
Ejă, quiă atque *pută*; at *conträ* [2]*-gintä* variato:
[3]*A* flexum caſu brevia; ſed [4]protrahe ſextum,
Græcos & produc quintos, [5]ſi rectus in *as* ſit.

E. [6] *E* brevia: [7]quintæ caſum producito ſextum,
Cum [8]natis: etiam Græcorum protrahis [9]*ēn*;
Adjungas *ohē, fermēq; ferēq; famēque*;
Adde *docē* [10]ſimilemq; modum; ſed *ſalvē, valēque*
Cum *cavē, reſpondē* varia, quibus adde *vidēque*;
[11]Encliticas præter, [12]monoſyllaba protrahe cuncta;
Addas productis adverbia quæq; [13]ſecundæ,
Apprimĕ ſed brevies, etiam *benĕ* cum *malĕ* ſemper;
At vix *infernè, clarè, longèq; ſupernè.*

I. [14] *I* produc: brevia *niſĭ* cum *quaſi*, [15]Græcaq; cuncta;
Jure *mihĭ* variare *tibĭq; ſibĭq;* ſolemus,
Sed magè corripies *ibĭ*, [16]*ubĭ, cuĭ*; *ficutĭ* certe.

O. [17] *O* datur ambiguis: [18]Græca, & [19]monoſyllaba lon-
[20]*Ergōq; idcircō*; [21]ternus ſextuſq; ſecundæ; (gis,
Atque *adeŏ* ac *ideō*; adde [22]adverbia nomine nata;
At *citŏ* corripies [23]*modŏque*; & *cedŏ* & *illicŏ*, & *immŏ*,
Et *duŏ, ne-ſciŏ*: ſed breviato [24]Gerundia parcè:
Ancipites *verŏ, crebrŏ, ſedulŏ, mutuŏ, ſerŏ.*

Y. } [25] *U* longa eſt, [26] *Y* brevis. [27] *B, d, t* corripe ſemper;
D. T. } *T* tamen interdum (ſed rarò) [28]Syncopa ducit.

C. [29] *C* longum eſt: varium *hĭc* Pronomen & *hŏc* (ni ſexti)
Et *făc*; *nĕc, donĕc* malunt breviare Poetæ.

L. [30]Corripe *l*: at produc *sāl, sōl, nīl*; [31]multaq; Hebræa.

M. *M* vorat Eclipſis, [32]priſci breviare ſolebant.

N longum

1. Rēn, Titān, Sirēn.
2. Nomĕn -ĭnis, Flamĕn -ĭnis. 3. Peliŏn -i. Iliŏn i: *sed* on *gen. plur. Græcorum producitur*; *ut*, Cimmerion.
4. Thetўn, Itўn, Maiān, Æginān, *quia Nominativi sunt breves.*
5. Viděn', vĭn', nostĭn', proĭn', *pro* videsne, visne, nostine, proinde, *cum aliis vocibus sic abbreviatis.*
6. Humilcār, sempĕr, precŏr. 7. Compar, impar, dispar, *quæ tutiùs producuntur.* 8. Cratēr, statēr, characтēr, sotēr -ēris.

9. Ænæās, fās, Pallās -antis. 10. Troăs, heroăs, *pro* Troes *&c.*
11. Arcăs, Pallăs -ădis.

12. Anchisēs, locuplēs, sedēs, quotiēs. 13. Divēs, pedēs, equēs, terēs. 14. *Composita*; *ut* bipēs *&c. à nonnullis corripiuntur, sed tutiùs producas.*

15. *Cum compositis* adēs, potēs, prodēs *&c.* 16. Arcadēs, rhetorēs, gigantēs, Troēs, Thracēs *&c. in Nom. & Voc. plurali*; *&* tigrēs *Ovid. semel.* 17. Cacoethēs, hippomanes.

18. Apĭs, inquĭs, Capўs: *sed* Tethўs *Virg. non tamen extra Cæsuram.*
19. Musīs, nobīs. 20. *Cum compositis* quamvīs, cujusvīs, ubivīs *&c.*
21. Salamīs -ĭnis, Simoīs -ēntis, Samnīs -ĭtis. 22. Nolīs, audīs *&c.* sīs, adsīs *&c. sed* possīs *à Juvenale correptum legitur.*
23. Legerĭs, dederĭs *&c futura, quæ sæpiùs corripiuntur*; *ut præterita semper.*

24. ŏs oris, Trōs, Minōs, herōs, Athōs. 25. *Et compos.* exŏs.
26. Chaŏs, melŏs, Argŏs, epŏs. 27. Tyrŏs, arctŏs, Iliŏs -i.
28. Androgeōs, Athōs, -o. 29. Arcadŏs, Palladŏs, Tethyŏs.

30. Litŭs, intŭs, sensibŭs. 31. Plūs, thūs, rūs.
32. Salūs -ūtis, tellūs -ūris, Opūs -ūntis, * palūs -ūdis.
33. *Hujus* manūs; *hæ* manūs, *has* manūs, *ô* manūs.
34. Tripūs, melampūs.
35. Panthūs *à* Panthoos, Mantūs *à* Mantoos. *Sed* Pamphagŭs, † Polypŭs *&c. corripiantur, utpote quæ per ος Græcè scribuntur, nec proinde contrahuntur.*

36. Luminaquē lauruſque Dei totuſque moveri. *Virg.*
Tōt uno introitu capiuntur militis arces. *Sil.*

---

* Palus *autem ab* Horatio *semel (licenter forsan) corripitur.*
† Ἀ πώλυ-ϟ πώλυπ-ος.

[1]*N* longum eſt Græcis pariter pariterq; Latinis:
[1]*En* brevia quod format *ĭnis* breve; [3]Græca ſecundæ
Jungimus, & [4]quartum, ſi ſit brevis ultima recti;
Forſităn, ĭn, forsăn, tamĕn, ăn, [5]*vidĕn'* adjice curtis.
(*Năr,*
[6]*R* breve: *fūr* longum eſt, *hĭr, pār* [7]cum pignore, *Lār,*
Cūr, fār, cum [8]Græcis queis patrius *ēris,* & *æthēr,*
Aēr, vēr, & *Ibēr:* mage *cŏr* breve, *Celtibĕr* anceps.

[9]*As* produc: ſed *anăs* cum [10]quartis corripe ternæ
Græcorum; & [11]rectum per *ădis* ſi patrius exit.

[12]*Es* dabitur longis: breviat ſed [13]tertia rectum,
Cum patrii brevis eſt creſcens penultima; [14]*pēs* hinc
Excipitur *pariēs, ariēs, abiēs*q; *Cerēs*que:
Corripe & [15]*es* de *ſum, penĕs* & [16]creſcentia Græca,
In recto & quinto plurali; [17]jungito neutra.

Corripies [18]*ĭs* & *ȳs:* [19]plurales excipe caſus;
Glīs & *vīs*[20] verbum ac nomen; queis patrius *ĭnis,*
[21]*Entis*ve aut *ītis* longus; plurale quod [22]*ītis*
Dat verbum, ſed [23]*rĭs* ſubjunctivi variato.

Vult [24]*ōs* produci: *compŏs* breviatur & *impŏs,*
[25]*ŏs*q; *oſſis,* [26]Græcorum & neutra; his cuncta [27]ſecundæ
(*O* niſi det [28]patrius) junges, [29]patrioſq; pelaſgos.

Us [30]breve ponatur: produc [31]monoſyllaba; queiſque
Crementum eſt [32]longum; numĕri patriumq; Prioris
[33]Quartæ, cum primo quarto quintoq; Secundi;
Et conflata [34]ἀ πὸς; itidem contractaq; Græca
In [35]recto ac patrio; & Venerandum nomen *Ieſūs.*

[36]Correpta Auſonii quædam monoſyllaba vates
Nonnunquam extendunt, Græcorum exempla ſecuti.

Syllaba cujuſvis erit ultima carminis anceps.

FINIS.

Errata.

pag. 11. l. 12. lege longas loco produc
13. l. 14. lege at pro Leel.
16. l. 24. lege Verò anceps, crebro cum
and